LECTORI BENEVOLO
SALUTEM DICIT
BIBLIOPOLA.

PRæſentem de Juribus & Actionibus, ceſſionem non admittentibus, Diſſertationem, ſub præſidio DN. SAMUELIS STRYKII, JC. ante biennium publice propoſuit DN. CHRISTOPHORUS SCHUCHARTUS, *Francohuſanus*; Cum vero materia hæc lucem afferat Tractatui Dn. Præſidis, de *inveſtigandis & eligendis actionibus forenſibus*, unde etiam in præfatione illius libri, Lectorem ad hanc Diſſertationem remiſit, ejus vero exemplaria jam diſtracta ſint, placuit illam appendicis loco materiæ, de inveſtigandis actionibus, ſubjungere. Cum enim in judiciis non noſtro tantum Jure experiamur, ſed ſæpius jure ab alio nobis ceſſo utendum ſit, hinc circa has actiones ceſſas in foris intentandas, quam maxime inveſtigatu dignum; an actio ita comparata ſit, ut eam in alterum pleno jure transferre licuerit: Remota enim cedendi facultate, & oſtenſa juris ceſſi perſonalitate, Ceſſionarius mox a limine judicii repellendus; Quapropter, Benevole Lector, utere hoc labore, nobisque Fave.

SERIES CAPITUM.

CAPUT I.
De Fundamento Juris non Ceſſibilis.
CAPUT II.
De Jure Publico non Ceſſibili.
CAP. III.
De Jure Eccleſiaſtico non ceſſibili.
CAP. IV.
De Jure feudali non ceſſibili.
CAP. V.
De Jure Civili non ceſſibili.
CAP. VI.
De Actionibus non ceſſibilibus.

I. N. D.